



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

VI. Qui in fratres Templi violentas manus iniiciunt, sunt excommunicati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

ANNO
CHRISTI
1179. auditu terrible, occidere non verentur. Quoniam igitur quanta sit præsumptio & impietas eorum, qui talia & tam atrocia & nefaria facinora committunt, nemo potest, qui recte sapit, ignorare: ad eos puniendos & castigandos, qui hoc instinctu diabolicae fraudis committunt, spiritalem gladium debetis exercere, & vos ita volumus in eos ecclesiasticae disciplinae rigorem exercere, ut nil videamini omittere, quod aduersus hos ex iuris distinctione fieri possit. Inde est quod fraternitati vestrae, &c. quatenus si qui se in tantam vesaniam & præsumptionem erexerint, quod hac vel alia occasione clericos occidunt, vel occidere faciant, vel aliter violentas manus in eos iniecerint: tam malefactores ipsos, quam illos de quorum mandato id fuerit perpetratum, publice accensis candelis & pulsatis * campa-
nias signis, aperte excommunicatos denuntietis, & faciatis sicut excommunicatos deuitari, donec Deo & sanctæ matris ecclesiæ satisfaciant, & cum literis vestris rei veritatem continentibus, ad sedem apostolicam accedant.

C A P. VI. *Idem.*

Grauiter oculos diuinæ maiestatis offendunt, qui religiosos viros indebitis fatigant molestiis, & locum suæ perturbant quietis. Sane a prædecessore nostro sanctæ memoriae papa A. III. in Concilio Lateranensi statutum est, ut qui violentas manus in clericos vel monachos, Hospitalarios, Templarios, mittunt, seu in viros alterius religionis, excommunicationi subiaceant. Nos autem statutum prædecessoris nostri ratum & firmum tenere volentes, fraternitati vestrae, &c. quatenus si qui parochianorum vestrorum in fratres hospitalis Hierosolymitani manus violentas iniecerint, eos publice excommunicatos, appellatione remota, denuntietis, & ab omnibus faciatis cautius euitari, donec prædictis fratribus de illata iniuria congrue satisfaciant, & cum literis episcoporum suorum rei veritatem continentibus, apostolico conspectu se præsentent.

C A P. VII.

*Idem * Exonienfi episcopo. Pars capituli, Sicut dignum.*

Super eo quod a nobis consilium postulaisti, vtrum si
Eccc iij